



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Quæ esset opinio de Canisio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ratur; certe nostro quidē iudicio rem magis piam,  
 Deoq; gratiorem, ac utiliorem Ecclesie Catholicae  
 prestare vix poteris, quam si nobis nobilem istum Qua esset opi-  
 nis de Canis  
 so.  
 tuum fratrem, doctrina, vita sanctimonia, ac om-  
 nium virtutum genere toti Germania notissimum  
 Petrum Canisium hic apud nos morari, ac Con-  
 cionatoris officium subire patiari. Id quod nos sum-  
 mis abs tua humanitate precibus hisce nostris lite-  
 ris contēdimus, & ut impetremus enixè rogamus.  
 Ita enim fiet, ut eo pacto & apud Deum optimum  
 Maximum gratiam ineas, & nos tibi, ordinique tuo  
 perpetua obligatione obstringas. Ex Augusta 9. die  
 Maii, anno 1559.

Christophorus à Freyberg, Decanus, totumque  
 Capitulum Ecclesie Augustanae.

Talia dum aguntur, minime improbantem Eius modestia.  
 Canisium ille retardabat ex modestia magis, quā  
 susceptus ex vero scrupulus. Se se hominem na-  
 tum in Geldris, & duntaxat semigermanum, de-  
 stitui opinabatur vernacula pronuntiandi, & E-  
 uangelizandi gratia, quam veri Germani afferre,  
 & in eius dignitatis Cathedris primarij Concio-  
 natores exhibere soliti essent, necessariam plane  
 concii-